tum ſuum ad Civitatem Auſtriæ, ut ſuperius declaravi. Et anno Domini M. CCCC. XI. reſigna-

obedientia ipſi Dominio Venetorum, nemine læſo, vel mortuo, ſed pacifice & quiete. Et hoc

In 1473, de mense Septenbris
dicti Turchi cucurrunt in par-
tibus Carantani et Cragnolis
super domino domini imperatoris
discurentes hinc inde et mul-
ta mala faciendo homines et
mulieres occidendo iuvenes
secum aducentes villas cremando
et nos in patria eramus in
nimia timiditate et gentes
villarum in fugam redatam
bona eorum aducentes in Ultinum
Civitatem in Monte Falchono et
in aliis locis ubi eis videbatur
esse securum et domini nostri
Venetorum fecerunt venire mul-
tas gentes armigeras et do-
minum Karolum de Fortibra-
cio in Kapitaneum et multas
cernistes.

Gentes Veronentes Visintini pa-
duani et Trivitani ac de omni-
bus partibus Forojulii et de
Karnea et Cadubrio et fecerunt
suum campum per villas convici-
na repari et prope Goriciam
et steterunt ibi per duos men-
ses pro majori parte, aliqui
steterunt per tres et aliqui
per quatuor scilicet laboratores
dicti repari vel fosati cum
magna ripa et inter eos
fuerunt multas malas gentes
specialiter armigeri que fran-
gebant ecclesias et auferrebant
que inveniebant, cremabant villas,
occidebant homines et ducebant
secum mulieres iuvenes et mul-
ta mala faciebant depredando
merchatores, ita quod ab alicuius
memoria non fuerunt tam
mali et nequissimi stipendiarii
in patria Foro Iulii sicut ipsi
fuerunt qui numquam sint
redituri.

In 1474 de mense Madii et Junij
ceperunt venire adhuc multi labo-
ratores super dictum fosatum
vel ripari et fecerunt labrare
continue usque ad festum sancti
Martinii et cognoscentes quod
Turchi volebant incurere patriam
de mentes Augusti in fine fere

sacrae Romanae ecclesiae

existentibus et cum
quinque millia ducatorum
redditum et spirituale